



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacri sacerdotij defensio co[n]tra Lutheru[m]

Fisher, John

Coloniæ, 1525

VD16 F 1240

XXII Nemo legitime pastoratus officium exercet nisi uocatus, & per ecclesiae praesides rite fuerit ordinatus atq[ue] missus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30878

CONGRESSVS SECVNDVS

emplis quæ tertio axioma produximus abunde liquet. Nā ex quo destinari deus, creaturæ hæc inferioræ in hoc mundo successionem quādam perpetuari debere, curauit superiores & coelestes creaturas talibus insigniri uirtutibus, quibus ea successio continuari possit. Et similiter in humano corpore prouidit, ut essent membra quædam potioribus dotibus prædita, quibus totius corporis saluti tutius & cōmodius foret cōsultum. Quē modū obseruauit & in ecclesiæ suæ corpore, cuius constructionē studijs & laboribus hominū indies fieri destinauit ad quē finē & tā uarios in ecclesia constitui uoluit hominum ordines, quibus & tam uarias distribuit dotes. Nā inaniter quis hominū conaretur quicquid in hoc corpore construere, nisi peculiari quadā a deo fuisset ad hoc instructus dote. Quod si dotē quis acceperit, nisi pariter & legitime fuerit missus, non multū inde fructū reportabit, Nā quomodo (inquit Paulus) prædicabunt nisi mittantur. Oportet enim, & in ea functione rite cōstitui, qui prodesse quærit. Nā sit plerūque ut qui minori præditi fuerit doctrina, plus apud auditoriū edificet, quā alius qui tamen alio quo multo sit eruditior. Id quod certe neutiquam eueniret, nisi peculiari græ dono fuisset adiutus. Adest enim ei qui rite mittitur, diuini spiritus græa, atque id quod multo peculiarius, quod prædicationē eā acceperit in baptismate.

Roma. 10.

SEXTVM AXIOMA

¶ Nemo legitime pastoratus officium exercet nisi uocatus, & per ecclesiæ præsides rite fuerit ordinatus atque missus.

XXII

DE uocatione primū constat, quū dicat Paulus ad Hebræ. 5. Nemo sibi usurpat honorē, sed qui uocatur a deo quēadmodū & Aaron. Ita & Christus nō semetipsum glorificauit ut fieret pontifex, sed is qui dixerat illi. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Sicut & alibi dicit. Tu es sacerdos in æternū secundū ordinē Melchisedech. Quod si Christus primus pastor hunc honorem sibi neutiquam arripuit, neque semetipsum glorificauit, ut pontifex fieret, multo minus id licebit alijs. Quare nemo, nisi rite uocatus, istum pastoratus honorem usurpare potest, Exemplū habemus a primis ipsis pastoribus qui singuli per Chris-

Psalm. 109.

De sacra sacerdotij defensione cōtra Lutherū. XV

stum uocabantur, quū tamen scriba quidā se ipsum ingerens ^{Mat. 2.}
 non uocatus, ob id repulsam a Christo sit passus. Deus enim
 haudquāq̃ impartit sua dona nisi uocatis, quēadmodū legim⁹
 in euangelio Lucæ. Vocatis (inquit) decē seruis suis, dedit eis ^{Lucæ. 10.}
 decē minas. Ecce uocatis dedit. Paulus itaq; se gloriatur apo- ^{Act. primo.}
 stolū esse uocatione Christi. Sic Matthias nō semetipsum in-
 gessit, sed precationibus apostolorū & sorte fuit electus, atq;
 ita cooptatus in eorū numerū. Nondū em̃ acceperant aposto-
 li spiritū sanctū, nec instructi sunt ab eo quē ritū in his ordina-
 tionibus sequerent. Paulus tamen q̃q̃ & ipse uocatus fuisset a
 Christo, postea nihilominus una cū Barnaba, spū sic mandan-
 te, fuit ordinatus. Nā ut refert in actis cap. 13. quū essent pro-
 phetæ quidā & doctores Antiochiæ sacrificantes dño simul
 & ieiunantes, iussi sunt a spū, quatenus Barnabā & Saulū, qui
 tū aderant segregarent. Segregate (inquit) mihi Barnabā & ^{Ap̃lus a spū i}
 Saulū in opus ad quod accersui eos. Prophetæ igit & docto ^{sc̃to missus}
 res, quibus id ipsum spūs mandauerat, quū ieiunassent, & oras-
 sent, imposuissentq; Barnabæ & Saulo manus, dimiserūt eos.
 Barnabas uero & Saulus ab eis ita dimissi non ab hominibus,
 sed ab ipso spū dicebant emissi. Nā sequit. Et ipsi quidē emis-
 si a spiritu sancto abierunt. Opus aut ad quod accersiebant nō
 solū fuerat couertendæ plebis ad Christū, uerumetiā crean- ^{Ad qd missus}
 di & constituendi per singulas ecclesias presbyteros. Nam ^{erat Paulus.}
 prope finē. 14. capitis, sic habet, *ἡς ὁ τοῦ ἁγίου πνεύματος*, hoc est, quum
 per impositionē manuū creassent plebi per singulas ecclesias
 psbyteros, precati q; essent cū ieiunijs cōmendauerūt eos dño
 Et mox adiicit. Barnabā & Saulū. Antiochiā rediisse, unde
 erant traditi gratiæ dei in opus quod cōpleuerunt. Expende.
 lector hæc omnia uigilanter, & (nisi uehementer fallor) per-
 spicies Lutherū a scopo plurimū aberrasse. Cernis em̃ hic pri- ^{Corollarium}
 mū, ut interim de liturgia (quā patres sacificationem intelli- ^{primum}
 gunt) taceā, uiros illos eximios, nempe Barnabā & Saulū, q̃q̃
 a spiritu fuissent electi, nihilominus per prophetas & docto-
 res ieiunijs & precationibus atq; manuum impositione fuisse
 creatos. Intelligis & opus ad quod creati sunt non solū fuisse ^{Secundum}
 uerbi ministeriū, uerumetiā aliorū presbyterorū per singulas

CONGRESSVS SECVNDVS

Tertium ecclesias institutionē. Vides tertio similibus & ipsos dū presbyteros ordinarent cæremonijs usos fuisse, nēpe manuū impositione, precationibusq; & ieiunijs. Postremo cōpertum habes ministerium eis creditum, haud prius expletū fuisse, q̄ ista p̄fecissent. Nā quū ista consummaissent Lucas narrat eos Antiochiam rediisse, unde & traditi fuerant gratiæ dei in opus (ut ait) quod ipsi compleuerunt.

XXIII ¶ Perspicuū est igit̄ Barnabā & Paulū fuisse uocatos, ordinatos, & missos, nec dissimiliter postea uocasse, ordinasse, & misisse cōplures alios. Verū quid moror? Chrūs ipse primos ap̄los ita uocauit, instituit, & misit. Sic enī Marcus paucis tradidit. Ascēdit (inquit) in montē Iesus & uocat ad se q̄s uoluit ipse. Ecce uocatio. Et fecit duodecim ut essent secū. Ecce institutio. Et ut emitteret eos ad p̄dicādū. Ecce missio. Quisq; nō ita uocat, ordinatur, & mittit̄ per ostiū haudquaq; intrat in stabulū ouīū, neq; huic aperit ostiarius, sed plane fur est & latro. Nā præter Christū uenit a seipso missus. Et tales haud dubie fures sunt & latrones. Omnes (inquit) quotquot añ me uenerūt, id est, qui propria authoritate & priusq; Chrūs eos uocauerit irruunt in caulas, fures sunt & latrones. Dilucidū est igit̄ ex scripturis q̄ nemo legitime pastoratus officiū exercet, nisi per ecclesiæ præsides rite uocatus ordinatusq; fuerit atq; missus. Neq; potest, honore saluo, Lutherus ab hoc axiomate dissentire, quū tā aperte subscripserit eidē. Sic enī in commentarijs ad Galathas ait. huc tendūt ea omnia, ut uideas q̄

Marci. 3. **Iohan. x.** **Prælati rite uocandus est.** **XXIII.** ¶ Quotquot ita per ecclesiæ pastores ad pastoratus officia legitime fuerint instituti, non est dubium quin a spiritu sancto pariter asciti sint. **XXIII.** ¶ Perspicuū fuit ex proximo superiori, sp̄m sanctū formulā quandā & ritū tradidisse, per quē pastores ordinarent̄. Nā quū essent Antiochiæ (ut diximus)

SEPTIMUM AXIOMA.

¶ Quotquot ita per ecclesiæ pastores ad pastoratus officia legitime fuerint instituti, non est dubium quin a spiritu sancto pariter asciti sint.

XXIII. ¶ Perspicuū fuit ex proximo superiori, sp̄m sanctū formulā quandā & ritū tradidisse, per quē pastores ordinarent̄. Nā quū essent Antiochiæ (ut diximus)